



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 32. Sancti Iosephi oppidum fundatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

pellicibus clam implicitum, eoque Baptisni renuentem, taurus ex improviso ferè discerpit, tantum vitæ relinques, quantum sufficit ad detestandam præteritam pervicaciam, Baptisnumque admittendum. Fœminam diu se reduci recusantem, & populares suos, ne Christianis accederent, remorantem, fulgor cum prole cineravit. Duo oppidi duces sacro Fonte immersi, grande momentum attulere ad vicinos remotosque populos alliciendos. Unus ex illis Araçaius, antequam primo Sacramento initiatetur, longam habuit ad circumstantes Orationem de futilitate Ariolorum, adeò plausibilibus rationibus, ut Sacerdotes nostros sui laudatores, & multos è popularibus imitatores, habuerit. Is ipse terram latè exploratus, mulitorum dierum itinere usque ad mare pergens, reperit aliquor Mamalucos, turpi hominum negotiacione oram illam infestantes, è quorum cohorte nescio quis Europæus ad Socios scribere ausus, ne se suis populationibus interponerent, omnibus injectis metum futuræ invasionis. Inda mulier statim post Baptisnum infimis precibus impetratum, sylvam ingrediens, fera credita ab marito & fratribus suis, minori corporis damno, quam animæ emolumento, telis transfixa interierit. Ethnicus cardiaco morbo laborans in ignem vi ægritudinis excusus, adeò deformatus est, ut viscera paterent, & carboni similius quam homini videretur: tamdiu tamen supervixit, donec unus è Sociis accurrens, paulo ante mortem Sacramento eum expiaret.

CAPUT
XXXII.
Sancti Joh-
phi oppidū
fundatur.

Drecent &
quinquaginta
familias
redactur.

Catechumeni
in mors.

Pueri fidei.

Seniori inno-
centia.

287 bapti-
zantur.

CAPUT
XXXIII.
Nativitatis
Virginis
colonia a-

INTER Sancti Thomæ & Divi Michaëlis oppida, unius fermè diei utrimque itinere, Itaquatia, locus montosis sylvis obsitus visebatur, cuius incolæ Ethnici nullum lapidem non movebant, quo unum de Societate impetrarent. Petrus Romerus spes eorum alens, promiserat fore, ut voti compotes fierent, dum Provincialis è Paraquaria metropoli veniret. Hac promissione non contenti, cognito, Provinciale ad Paranam peruenisse, gentis primores ad eum destinant, rogatueros, ne se cupissimâ re frustrare vellet. Sed Provincialis de eorum desiderio præmonitus, Josephum Cataldinum, Guairaniæ oppidorum primum fundatorem, eo fine abs se jam amiserat, ut apud eos oppidi fundamenta jaceret, Divi Josephi nomen sortituri. Cui Itaquatiani occurrentes, remissio Provincialis adeundi consilio, mirum quantum exhilarati sunt. Cataldinus ubi ad designatum locum venit, templo domoqæ ad nosdos usus adaptatis, oppidi fundamenta adeò feliciter jecit, ut primo statim tempore trecentas & quinquaginta familias reductas Religionis Christianæ sicutissimas censuerit. Singulis diebus ad signum campanæ citatissimo cursu ad templum advolabant, stimulante eos desiderio catecheseos perdiscendæ, sine quâ Baptisnum frustra peti non ignorant. Puer eo fine ad templum dum properat, offendiculo in terram toto corpore delapsus, antequam Baptisnum percipere posset, exanimatus obiit; non desperandum tamen aliqui putauere, ob Baptismi desiderium animæ salutem fuisse consequutum. Puellus æger Ariolum male affectas partes superstitione fugere parantem, spretis parentum iustis, abs se generose repulit, & quia ad dormientem veterator redierat, luxeratque, adeò puer excanduit, ut è domo paternâ se proripiens, ad Cataldinus multum lachrymans, ejulansque venerit, qui innocentii pueru prædictis fore, ut pro detestatione veteratoræ artis indubie (quod factum est) corporis sanitatem consequeretur. Cataldinus sylvas & latebras pro more excutiens ad indagandos Barbaros, unum reperit in depontanâ ætate nullius gravis actualis noxæ reum, adeò ut seni illi, quem Josephus Ancheta nihil contra legem naturalem peccasse compererat, compararet. Is post suscepimus Baptisnum, ut spes est, ad celos evolavit. Ex Itaquatianis Cataldinus hoc anno non plures octoginta & tribus adultis, præter centum & nonaginta-novem infantes, in album Christianorum retulit: cæteris pro more dilatis. Societas verò ex eâ gente hæc tenus circiter quinque mille & octingentos Christianos fecit.

ODEM fermè tempore & modo aliud oppidum positum est in alto monte, Ararica dicto, cuius hæc origo fuisse traditur. Cuniambum, Mboipei insignis Casiqui germanum fratrem, Franciscus Ximenius apud Caaroënles degens,

& inter-